

3

FRANCISCI VERINI
SECUNDI CIVIS
FLORENTINI
LIBER.

In quo à calumnijs detractorum Philosophia defenditur,
& eius præstantia demonstratur.

A NICOLAO VMBROSIO PISANO
*Artium Doctore, ob Authoris peritissimi amantissimiq̃
sui præceptoris absentiam in capita distributus,
& indice illorum locupletatus.*

AD SIXTVM V. PONT. OPT. MAX.



ROMAE, Apud Io. Angelum Ruffinellum. 1586.

Cum Licentia Superiorum.


FRANCISCI VERINI

SECUNDI CIVIS FLOREN-

TINI LIBER,

In quo à calumnijs detractorum Philosophia defenditur, & eius præstantia demonstratur.

Garritus illorum reprehenduntur, qui Philosophiam sanctæ Theologiæ repugnatricem reddunt. Cap. 1.



Vò ruitis vos? vos inquam præ cæteris, qui pro dignitate Philosophiam profiteri vos ipsos existimatis, cum alioquin eius interpretes ita sitis, vt eam à quàm plurimis Catholicis veritatibus (quæ nos ad verum Dei cultum perducunt, & ad æternam beatitudinem) dissentientem ostendatis, ac prædicetis. Nonne à Deo ita fuisse rebus omnibus communicatum esse, & viuere, his quidem clarius, ijs verò obscurius, rationi consentaneum est, vt ipsæ primo in eius cultum nos manuducant? Deinde, vt ad operandum secundum rectam rationem Prouidentię, & voluntati Diuinæ conformem erigant? Id quod præclare à Platone vj. ac vij. de Repub. nobis ostenditur & quemadmodū optimè etiam à Peripateticis deducitur, vt ab Alexandro, Simplicio, & Auerroe in præfationibus eorum in primum de Physico Auditu. Præterea si Theologia diuinitus reuelata omnium aliarum, quæ humana ratione adinuentæ sunt, peritiarum Regina existit, ut quæ sola diuina Mysteria nobis aperiat, & absq; vlllo mendacio, non ne illi Philosophiam

*Ratio præ
ma.*

*Ratio se-
cunda.*

A vestram

tres, reuertimini ad uiam, quæ ad salutem ducit, eam relinquentes, cuius finis æterna est miseria. Vos animarum Medicos (quãtum humana hac uestra facultate fieri potest) constituit Deus. Curate igitur, curate uosmetipsos, atque alios; deinceps a morbis animi longe grauioribus ac morbi corporis existant: alioqui tamquam incurabiles, ac deplorati solis prædictionibus derelinquemini. Quamobrem Ecclesiæ Catholicæ summus ac optimus Pastor, ubi uos (quod optimus Deus auertat) in reprobum sensum coniectos repererit, ne alias oues uestris tum contagiosis, tum exitalibus morbis inficiatis, uel inuitus ex hoc Mundo, Deus uerò, quod multo formidabilius est, de libro uitæ delebit.

FINIS.



R O M A E,

Excudebat Iacobus Ruffinellus. 1586.